

turus est magna tua gloria: quē suauius ipsum legisse
& attētius, nisi inter multarum rerum curas ea mihi pro-
uincia obuenisset, identidem interpellantes lectionis in-
tentionisq; tenorem. Iam enim alterum annū multa mi-
hi negocia domesticæ curæ faceſſunt: ut succiſuos tantū
dies & dierum etiam ipsorum horas literis impertiam,
nonnihil utiq; hebescente ingenio crassiorum rerum atq;
etiam à literis abhorrentium animaduersione. Quæ eo
mihi grauior est & nocentior, quo insolentior id facio.
Quippe qui retroacta ætate, quantum per ualetudinem li-
cuit, nihil penè rei familiaris procurationi dederim: nul-
lasq; partes patrissimilias, nisi intracubiculū geniale, obi-
re solitus sim. Vale rursus. Parisijs. VI. Idus Iulias.

THOMAS LINACRVS MEDICVS GV
lielmo Budæo uiro undecunq; doctissi
mo, nobilissimoq; S. P. D.



Vm tua in me doctissime Budæe præsertim
immerentem officia reproto, incertus agor
gratulandum ne mihi fortunæ meæ magis
fit, an contra de ea querendum. Ita me ma-
gnitudine eorum, si recte æstimetur, reddis
ancipitem. Cum enim uel benignitatem tu-
am æstimo, qua me primum elegantissimo, doctissimoq;
opere tuo ultro donasti: uel candorem ac generositatem
animi, quo laudes meas (sicuti arbitror omnium soles) si-
ne inuidia nutris ac foues: non parum mihi gratulari de-
bere fortunæ meæ uideor, quæ te talem mihi amicum cō-
ciliarit. Nam nostras certe laudes quid tu aliud q; nutris
ac foues: qui quod officere his posset, nihil h̄erere in lucu
bratiunculis meis sordidum immūdum'ue finis: nec dum
id efficias, uel temporis ullius iacturæ, uel labori parcis.

d

In quo tamen tibi quoq; consulere non nihil uideri potes, qui tercis, politisq; tibi esse eminendum potius quam parum mundis statuis. Emines autē profecto ferè omnibus, quantū cæteris Nymphis ὅμηρική Δικτώ. πασάωρ δὲ οὐ πέρ
καρπούς έχει, οὐδὲ μέτωπα. Adeo iam eminentia ipsa securus, minus mirum est si de æmulo non dubitas. Cum uero ue
luti alteram paginam inspiciens, nihil in me esse animad
uerto quo tantis meritis tuis respondeam, merito de for
tuna mea queror: quæ mihi quod aliâs summa uoluptas
foret, inuidit. οὐδενός γαρ διδασκαλίας οὐδὲ εργατηρίας. Mihi uero
uel in primis esset uotis, ut tecum aliquando paria face
rem. Cæterum quæ tuæ est naturæ mira felicitas, tu ipse
hac quoq; parte occurris: tantaq; sollicitudine non parum
nos leuas, qui pro magnitudine animi tui, & propria (nō
dubito) egregij facti conscientia es contentus: & nostram
inuicem boni consules, qui tam Hercle mihi promptissime
reponendi officij uoluntatis sum conscius, quām tante
sum facultatis inops. Qua tamen una ratione licet non in
grato esse: & nūc ago tibi gratias quas possum maximas:
& id sedulo agam ut nec loci, nec temporis occasione defu
isse usquam uidear, quin commemorando, scribendo, præ
dicando πάντα λίθορ κινῶμ, καὶ σλωε πάντα γενόμενοι Θεοί, summa
in me merita tua perpetuo testificer. ἐπεμβάται δέ σοι δακτυ
λίους ἀνάργες, διεγένθησοι διοθέντας πειθομοι. ἀπελέγει πάντα, εἰ πρός τὰ
Συμμήναυτην ἀποθλέπεις, διώρεομ, εἰ δὲ πρός τὰς δύναμις, διηκόνει πιττή
δειορίσως φθοράν μῶρον θελίας ἀνέχερον. δακτύλιοι γραμμάτων
τωρ ηγέτης διδασκάλωρ καὶ εὐωχησομένωρ βεβαιοῖ πίστηρ. δύτοι δέ καὶ
πρᾶξις βασιλέως καὶ μῶροφίσωθέντες, ἀλεξιτήριοι πασμῶρ ἀπάντωρ
εἰναλονιζονται. ὁσθ' οὖν τας, θελίας, οὐδὲ γράμματος, διηκόνος
τριορήποι δεσμόρ, εἰναλλομημόσωρ. σύ δέ οὖν ἀυτους διπλως ἀνέχει
στηρ, μετ' ἑωοίας πεμφθέντας. ἐκαοικώεις ἀποδέξια. ἔργωσο κελτῶρ λο
γιώτατε. Londini, quarto idus Iunias.